

POTIONES.

SYN. *Apozemata; Potus.*

 POTIO ALCALINA.

℞. Sodæ (vel Potassæ) unciam unam—duas.

Aquæ libras octo.

Traijice per solutionem

Gazis acidi carbonici quantum satis,

Ut supersaturetur soda. Solutionem in vase optime clauso usui sërva.

Ustus : Calculus viarum urinarum ex phosphate calcis, phosphate sodæ aut magnesiæ compositus.

Dosis : Libra una—duæ, quotidie per plures menses.

POTIO ANTACIDA.

℞. Carbonatis sodæ drachmam unam.

Sacchari albi unciam semis.

Mucilaginis gummi Mimosæ Niloticæ uncias duas.

Simul tritis sensim adde

Aquæ uncias triginta.

Alcoholis Myrtus-Pimentæ uncias duas.

Usus : Pyrosis ; cardialgia ; tussis, aliive morbi ex acido ventriculi.

Dosis : Unciæ duæ, ter quaterve de die.

POTIO ANTIFEBRILIS ACIDULA.

℞. Aquæ libras quatuor—sex.

Acidi Sulfurici,

Acidi nitrici alcoholisati, ana drachmam unam.

Sacchari albi quantum satis ad gratiam.

Usus pro potu ordinario in variis Blechropy-ræ speciebus ; variolis confluentibus, aliisve febribus acutis. Hæc potio æquivalet, imo præstat potioni ex Tinctura febrifuga CLUTTONI paratæ.

POTIO BALSAMICA ALCALISATA.

℞. Solutionis balsamicæ alcalisatæ unciam unam.

Aquæ libras duas,

Misce probe agitando.

Usus idem ac Potionis Terebinthinatæ.

Dosis : Libra semis, bis aut quater de die.

POTIO CATHARTICA.

℞. Sulfatis Magnesicæ (vel Sulfatis Sodæ
aut Potassæ) unciam unam.

Aquæ bullientis libram unam.

Solutioni adde

Magnesicæ grana octo—decem.

NB. Hæc potio minus ingrata est palato
quam solutio Sulfatis magnesicæ, sodæ aut
potassæ simplex, et ut plurimum sine tor-
minibus agit.

Usus : Unciæ tres—quatuor, omni semi-
hora aut omni hora, donec alvus moveri
incipiat.

Vel :

℞. Tartritis sodæ unciam unam—duas.

Aquæ libras duas.

Misce, ut fiat solutio.

Dosis : Unciæ octo, omni mane in duobus
haustibus.

Vel:

℞. Phosphatis sodæ unciam unam semis.

Juris carniū non saliti libram unam.
Sumat tertiam partem omni semihora donec
alvum moveat.

POTIO DIURETICA.

℞. Tartritis potassæ aciduli unciam semis
ad unciam unam semis.

Decocti Hordei quantum satis,

Ut fiat solutio, quotidie sumenda.

Usus: Hydropes.

POTIO NITRICATA.

℞. Solutionis Nitricatæ libras duas.

Aquæ puræ libras decem.

Misce.

Usus: Blechropyræ; asthenia generalis;
hepatitis chronica; psora; herpes, aliive
morbi cutis; Syphilis in regionibus tropicis?

Dosis: Libræ duæ de die cum vel sine sac-
charo.

POTIO OXYGENATA.

℞. Solutionis Muriatis potassæ oxygenati
libras duas.

Aquæ puræ libras quatuor.

Misce.

Usus : Asthenia generalis ; Blechropyræ ;
herpes ; psora.

Dosis : Libra una—duæ de die.

POTIO PICEA.

SYN. *Aqua Picea.*

℞. Picis liquidæ (ex variis Pinus speciebus
destillatione per descensum obtentæ)
libras duas.

Aquæ libras octo.

Misce, et baculo ligneo valide agita per
bihorium; dein sepone per biduum, et li-
quorem per subsidentiam depuratum ef-
funde.

VIRTUS : Sudorifica ; diuretica.

Usus : Chlorosis ; morbi cutis ; hydrops ;
leucorrhœa ; scorbutus ; ulcus renum aut
vesicæ ; morbi viscerum pituitosi ; phthy-
sis pituitosa? hysteria?

DOSIS : Unciæ quatuor, bis terve de die.

POTIO TEREBINTHINATA.

℞. Terebinthinæ Pinus-Laricis libras quatuor.

Gummi-resinæ Myrrhæ unciam unam.

Terantur simul in mortario addendo paulatim

Aquæ libras viginti quatuor.

In vase terreo vernice obducto probe agita pistillo ligneo per bihorium; dein sepone per biduum. Liquorem per subsidentiam depuratum immitte in lagenas duodecim.

Interdum additur cum successu:

Carbonatis potassæ unciâ una.

Usus idem fere ac potionis Piceæ sed palato minus ingrata: Morbi viarum urinarum aut pulmonum puitosi; morbi cutis cum cardialgia, asthmate, cephalalgia etc. alterantes; dysmenorrhœa; leucorrhœa; hysteria aliive morbi nervorum ex acri; item in variolarum stadio suppuratorio ad pravos earum effectus præcavendos.